

STENCHILLVS SVETIAE REX.



Stenillus Olaui Schotkoning ex forore nepos, in demortui Haquinil locum successit, & optimis Germaniae regibus annumeratus fuit. Is enim non solum regni negotia magna prudetia administravit, uerum etiam totas animi sui uires ad augendam propagandamque Christi religionem accommodauit. Itaque per legatos ab Archiepiscopo Bremensi diuinae legis doctores & sacerdotes impetravit, ut messis copiosa per fideles operarios colligeretur, & uinea Domini necessariis cultoribus destituta optimè coleretur. Vnde Deus ei tempora quieta & tranquilla concessit, in quibus bonas leges condidit, & concordiam in regno ubique constituit, anno 1050. Habitabat is potissimum apud Vestrogothos, atque Danis et Anglis confoederatus erat. Erat Stenillus insigni corporis mole & gigantea